

maio^lrem quam solaris in^m Christi passione eclipsis miraculose perpetuamⁿ memoriam et ex consequenti Iudeorum efficacior^o confutacionem, ut⁵ scilicet cum Apostolo *sciamus^o que a Deo donata sint nobis*. Cuius miraculi memoria periret, si kalendario festum paschale cum aliis
 5 fixis quasi fixum fuisset inscriptum, quoniam sepe contingeret solem naturaliter eclipsari in die dominice passionis, ex quo Iudeis accresceret defensio, ut scilicet dicerent solem in nostro parasceve eclipsabilem in dominicam passionem naturaliter, non miraculose fore observatum. Declinarent itaque corda sua in verba malicie, dicentes dominum non
 10 in eorum paschali tempore, quo sol naturaliter ineclipsabilis est, sed in nostro fuisse passum, ad excusandas sic excusaciones in pactis.
 [§6] Cui volens obviare sancta mater ecclesia in⁶ Cesariensi⁷ synodo

l) aliquam maiorem] maiorem aliquam *MgMl.*
 Ml. o) *sciam Ml.*

m) *om. MgMl.*

n) perpetue

losum et super naturale asseverat dicens „A sexta autem hora tenebre facte sunt super universam terram usque ad horam nonam“ (*Matth. 27, Marc. 15, Luc. 23*). Et Iudei haberent suum propositum quod naturalis eclipsis accidisset. *Vgl. Sozomenos, Historia ecclesiastica VII.18.12-14, versio latina in Cassiodorus / Epiphanius, Historia tripartita IX.39, hg. von Walter JACOB / Rudolf HANSLIK (CSEL 71, 1952) S. 564.*

5) 1. Cor. 2, 12.

6) *Zu* in Cesariensi – 142,11-12 „Celebritatem“ *vgl. Hermann Zoest, Phaselexis c. 9 (Clm 18470, fol. 16r)*: Nam decretum Cesariensis Sinodi tempore beati Victoris pape et martiris celebrate, quod incipit ‘Post resurrectionem’ sibi ipsi contradixit. Ipsum enim precipit pascha celebrari ab XI^o kl. Aprilis usque in VII^o kl. Maii et nec ante, nec post constitutum limitem quacumque de causa transgredi. Mandat etiam idem festum celebrari a XIII^a luna presenti mensis usque ad vicesimam primam eiusdem mensis, vocans has septem dies septem lunas a Deo consecratas, que et alio nomine azimorum dies nuncupantur. Cum igitur septem lune iste ante XI kl. Aprilis sepius evenire consueverunt in parte vel in toto et vera dominica paschalis celeberrima ante easdem kalendas, in qua pascha celebrari preceptum est, lucescebat, clarissime patet unum preceptum alteri contrariari cum unius et eiusdem Sinodi. Similiter modo decretum Nicene Sinodi, quod precipit initium primi mensis queri ab VIII^o ydus Martii usque in diem nonas Aprilis, contradicit precepto eiusdem Sinodi, ubi mandat observari lunam XIII^{am} primi mensis et expectari dominicam diem proxime sequentem. Dicit enim illa Sinodus secundum legis preceptum vespere quartadecime diei primi mensis observari debet. Sed quia dominus prima sabbati a mortuis resurrexit, idcirco dominica dies expectari debet. Que si statim quintadecima luna fuerit, mox in ipsa pascha celebrari debet, sin autem in proxima dominica sequente. Contradicit et decreto beati Victoris pape „De consecratione“, dist. III^a „Celebritatem“. *Vgl. ferner Acta synodi Caesariensis, ed. LOHR (wie S. 133 Anm. 75) S. 245; Pseudo-Isidor, Praefatio, ed. Paul HINSCHIUS, Decretales Pseudo-Isidorianae et Capitula Angilramni (1863) S. 19 bzw. MIGNE PL 130 Sp. 9-10; Decretum Gratiani III, dist. 3, c. 22, ed. FRIEDBERG (wie S. 108 Anm. 9) Sp. 1358.*

7) *Zu* Cesariensi – 142,2 Apostolorum *vgl. Hermann Zoest, Phaselexis c. 4 (Clm*